

tatem, non questum pecuniarum, sed lucrum querentes animarum, statuimus et confirmamus, ut).

*Quelle: Synode von Tribur (895) Versio vulgata c. 8 (wie Nr. 4) S. 348 Z. 20–27.*

[39]

Non debet statuta praedecessor<um> apostolicus destruere.

Si ea destruerem, quę antecessores statuerunt, non constructor, sed evorsor comprobaber, testante voce veritatis, quę ait: Omne regnum in seipsum divisum desolabitur [*Luc. 11,17*] et omnis sciencia et lex adversus se divisa destruetur. Item Leo papa.

*DG C.25 q.2 c.4.*

*Quelle: Gregor I., Briefe 14,17 (ad Felicem Messanensem episcopum), JK 234 (Spurium), ed. MIGNE PL 77 Sp. 1324A.*

[40]

In spiritum sanctum blasphemare [*sic*], qui canones violant.

Violatores canonum voluntarie graviter a sanctis patribus iudicantur et a sancti spiritus instinctu, cuius etiam dono dicati sunt, dampnantur, quoniam blasphemare spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sacros canones non necessitate compulsi, sed libenter, ut premissum est, aliquid aut proterve agunt aut loqui presumunt aut facere volentibus sponte consenciant. Talis enim presumptio manifeste unum genus est blasphemantium spiritum sanctum, quoniam, ut ante prelibatum est, contra eum agit, cuius nutu et gracia sancti canones editi sunt. Item Urbanus papa.

*DG C.25 q.1 c.5 (Item Damasus papa; bei c. 6 nachfolgend: Item Urbanus papa).*

*Quelle: Reskript des Pseudo-Damasus an Aurelius, ed. HINSCHIUS S. 21.*

[41]

Condere leges in quibus licet Romano pontifici novas.

Sunt quidam dicentes Romano pontifici semper licuisse novas condere leges. Quod et nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum vero sumopere [*sic*] est, quia non inde novas leges condere potest, unde ewangeliste nequaquam dixerunt. Ubi vero aperte Dominus vel eius apostoli et eos sequentes sancti patres sententialiter aliquid diffinierunt, ibi non novam legem Romanus pontifex dare potest, sed potius, quod predicatum est, usque ad animam et san-